



Ocvlus, Hoc Est: Fvndamentvm Opticvm

Scheiner, Christoph

Freiburg i. B., 1621

Cap. XII. Si humor Vitreus est formale visus organum, res eadem per plura foramina conspecta, simul, aut alterutru[m] tantum ostendet; quod tamen est falsum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71258](#)

nis præpoller, suffocatis penitus radijs antecedentibus? quare in statione remota præpollent radij antecedentes, suffocato penitissimè concursu communi: qui tamen Vitreo humori (si videntes ipse est) necessario inest, uti & radij anteriores. Atque ex his partim datis & suppositis ex aduersarij mente, partim ex rei veritate manifestis, demonstratum etiam esto, obiectum unum in statione remota semper appariturum plura, si humor Vitreus esset formale visus organum. Id quod erat demonstrandum,

SI HVMOR VITREVS EST FOR-
male visus organum, res eadem per plura
foramina conspecta, appetet simul
simplex simul multiplex.

CAPUT XI.

Probatum est enim cap. 9. in statione remota rem semper visum iri simplicem; & ostensum est modò cap. 10. in eadem statione rem semper videri multiplicem; igitur in eadem statione res eadem semper simplex & semper multiplex videtur; igitur simul & semel una & multa appetet. Quod erat probandum. Aliter. In statione media, res appetet simplex, teste experientia; at qui in hac ipsa statione in humore Vitreo radij secundum foraminum multitudinem mutuo dissident, ut fusè ostensum c. 9. & alias sæpe in toto hoc opere eluiscit: ergo per ipsos res visui multiplicabitur. Quare in statione media res eadem simul & semel simplex & multiplex apparebit. Quod erat ostendendum,

SI HVMOR VITREVS EST FOR-
male visus organum, res eadem per plura fo-
ramina conspecta, videbitur simul situ
recto, simul euerso; aut semper
alterutro horum tantum.

CAPUT XII.

Quia

QVia in statione remota insunt humori Vitreo radij, ante cōcursum communem, insunt post ipsum; res per radios an-
taminum; post concursum eundem restituit, ut patet ex l. 1. p. 2.
c. 8. & disputatis paulo ante partē hac, igitur aut nihil videtur sub
istis radijs, (cui tamen reclamat experientia) aut simul recto, simul
euerso locorum sitū spectabitur, quod est vnum.

Probatur nunc alterum. In statione vicina res tantum a-
spicitur sitū locorum euerso, ut patet experientia 8. l. 1. p. 2. huius
reiratio ab aduersario assignari non potest alia illa, quam quod in
humore Vitreo insunt soli radij ante cōcursum communem, &c.
At hi ipsi radij manent in humore eodem etiam in statione media
& remota, ut ostensum est in superioribus capitibus: & sunt for-
tiores natura sua ijs qui post concursum communem in humo-
rem Vitreum inducuntur, quia origini suæ viciniores existunt:
ergo si utriusque potentiam simul ad videndum non excitant, æquū
est, ut hi, qui priores sunt tempore & natura vegetiores, dominū
obtineant. Ergo fatendum est, rem sitū locorum euerso semper
cerni, in statione remota: Cui ramen constans, manifesta & cuius
obvia semper reclamat experientia. Nam res yna in statione re-
mota per plura fortamina cor specta, semper appetet multiplex si-
tu locorum recto, nunquam euerso, cuius rei rationem dare non
possunt, qui humorem Vitreum organum visus formale statuunt.
Cur enim radij post decussationem seu concursum communem
soli officio suo fungerentur, soperis antecedentibus multo fortio-
ribus? cur ipse communis concursus conticesceret? cur ante con-
cursum communem nullus radius quidquam moueret? nonne
simul & semel omnes humori Vitreo homogeneo insunt? Aut er-
go nullus, aut omnes simul eundem ad videndum alliciunt: aut
ipse instrumentum formale visionis non est. Et per

hæc etiam altera propositionis pars

demonstrata esto.

Dicitur cōcursus A, quod est in statione remota, in
operibus B, quod est in statione media, in
statione remota, in occidente, quod est in C, in
Dicitur E, oculis F G H operibus, in istis dicitur que-
rumque

SI